



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

123 Causa legitima allegata, licet dubia, quid operetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- alios Surd. in *eg. tract. de alimentis. tit. 7. q. 16. n. 8. & 9.* & hoc casu saltem præstata cautione arbitrio iudicis, mulier est restituenda. Bal. *conf. 176. num. 2. volum. 1.* & Abb. in *cap. litteras. num. 7. de rest. spol.*
- 123 Aut enim mulier, quæ propria auctoritate à viro discessit, habebat causam legitimam, de qua in vicinia, & apud iudicem erat aliqualis fama, licet nondum fuisset probata, & tunc, dummodo constet de conjugio, & causa in facto sit dubio, sunt mulieri alimenta, & sumptus litis præstanda; & hanc opinionem tenet, & servat consilium Neapolitanum, ut testatur Afflict. in *decis. 10. n. 1. & 2.* quam reprobando Cin. in *l. 1. C. de alen. lib. & capell. Tolof. in decis. 77.* contrarium tenentes sequitur Surd. qui ita testatur fuisse iudicatum à Sen. Catalen. in *tract. de aliment. quest. 118. num. 4. & 5. tit. 1. & q. 18. num. 37. tit. 3.* & ita quando mulier est in possessione uxoratus declarat, & tenet etiam
- 114 Aufser. in *addict. ad capell. Tolof. super d. q. 77. n. 2.* Quodque alimenta, & sumptus litis mulieri cum viro litiganti sint per eundem virum præstanda, tenet Ianoë. in *inc. ex parte. de accus. Guid. Pap. quest. 439. n. 4.* Boer. *decis. 325. n. 2.* Joan. Lop. in *cap. per vestras. s. 39. ampliat. 8. dedonas. inter virum, & uxor. Cefal. in consil. 127. n. 6. & consil. 714. n. 5.* Asin. in *prax. judicial. s. 32. ampliat. 34. num. 1.* & Benincasi. de *privileg. pauper. 2. special. num. 5.*
- 125 Quamvis enim mulieri propria auctoritate à domo viri discedenti non sint sumptus litis, & alimenta præstanda, nisi constet de causa, ut tenet Ferret. *dicto consil. 97. vol. 1.* Porc. *conf. 160.* & Surd. *de aliment. tit. 7. quest. 16. n. 1. & 2.* cum aliis
- per ipsum ibi allegatis, dicta tamen opinio procedit, cum propria auctoritate, & sine causa recedit; Nam, cum sua culpa à marito discedit, non est alenda, & in his terminis loquitur Surd. *locis proximè citatis*, nec aliter procedunt per ipsum allegata. Sed
- 126 quando mulier à domo viri uxor recedit ob illius sævitiam, adulterium, aliamve ob causam à jure approbatam, licet de causa legitima concludenter tunc non constet, dummodo pro muliere stet aliqua præsumptio, quæ iudicis animum movere possit; illa sufficit, ut interim, lite pendente, sint mulieri alimenta præstanda. Et hanc opinionem post plures per ipsum allegatos, tenet Covar. in *lib. pract. quest. 9. num. 6.* in terminis sequitur Menoch. *quest. 36. num. 18.* in *tract. de præsumpt. & Vifil. in annotat. super decis. 10. Afflict. n. 3.*
- 127 Quæ quidem alimenta debentur ante sententiam licet aliqui conati fuerint sustinere contrarium: & quod ante sententiam debeantur, tenet, & servat Ros. *ut in decis. 2. de jud. in antiquior. consilium Neapolitanum.* ut per Afflict. *dicta decis. 10.* Parlamentum Parisien. ut testatur Rebuff. in *tractatu de sent. provis. art. 1. gloss. 2. n. 5.* & suprema tribunalia Regnorum Hispaniarum, ut per Covar. *ea. q. 6. num. 6. vers. & sane quidam.* quæ communem probant opinionem, ea sunt tamen alimenta præstanda, quatenus vir facere possit, deducto, ne egeat; per tex. & gloss. in *l. maritum. ff. solut. matr. & in l. unic. s. cum autem. C. de rei uxor. action. Jas. in l. non eorum. num. 2. ff. de re judic. & Surd. in eo tract. de aliment. tit. 1. q. 78. num. 13.*
- 128 Pluries quæri solet, quæ cum pro restitutione facienda, ex iudicis decreto, vir se obligat de muliere non offendenda, &